

05

A

2082





C. B. D.  
DE  
**FUNDAMENTO**  
**JURIS NATURALIS,**  
**THESIUM MORALIUM DECAS,**

*Quam,*  
AUSPICE DEO,  
PRÆSIDE VIRO  
MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO & EX-  
CELLENTISSIMO

DN. CHRISTIANO Röhrenseen/  
Philosophiæ Pract. Profess. Publico  
celeberrimo, & p. t. Academiæ  
RECTORE,

DN. Patrono & Fautore observando,  
colendo,

*Publicæ Eruditorum Disquisitioni sistit*

M. BERNHARDUS Wagner/  
Argentoratensis,

D. 1. Mens. Septemb. loco & horis solitis,  
A. clc lxx,



WITTENBERGÆ,  
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.



## POSITIONES MORALES.

### Positio I.

**H**omo uti per suammet natu-  
ram capax est legis; ita eundem sine o-  
mni lege relinquere Deus per suam sa-  
pientiam & sanctitatem non potuit.

### Pos. 2.

Datur commune aliquod, quo universa ho-  
minum societas regitur, jus naturale.

### Pos. 3.

Male vero, & non citra abusum & verborum  
schemata, idem hominibus atq; brutis commune  
à quibusdam asseritur.

### Pos. 4.

Frustra proinde sunt, qui Juris naturalis funda-  
mentum vel in appetitu, vel notitiis naturalibus, qua-  
les etiam in brutis reperiuntur, ponunt.

### Pos. 5.



05 A 202

Pos. 5.

Status ille naturalis ab Hobbesio per mutuum omnium in omnes bellum descriptus, uti temerarium est figmentum; brutisq; quam hominibus convenientior; ita officiis atq; legibus naturalibus, è genuino suo principio deducendis inepte fundamenti loco substernitur.

Pos. 6.

Insana quoq; ejusdem Philosophia est, quando cap. XII. de Cive n. 1. in summum civilis, naturalisq; honestatis præjudicium scribere non veretur: *Regulas boni & mali, justi & injusti, honesti & inhonesti esse leges civiles, ideoq; quod Legislatores præceperit, id pro bono, quod vetuerit, id pro malo habendum esse.*

Pos. 7.

Causa prima atq; independens eorum, quæ jure naturali honesta atq; turpia sunt, non est nudum Divinum beneplacitum, sive male conficta à quibusdam eaq; absoluta divinæ voluntatis libertas; unde simul inferunt, legem à Deo posse mutari, aut iis, quæ semel statuta sunt, contraria præcipi.

Pos. 8.

Impositio superioris s. Ordo Dei voluntate  
de fu

de futura universi creatione atq; administratio-  
ne instituto, ex hypothese tantummodo immu-  
tabilis, non est primum legū naturalium princi-  
pium, verum aliud quidpiam, omnem divinæ  
voluntatis actum antecedens.

Pos. 9.

Nimirum cum lex naturalis communiter  
ad reliquias imaginis Divinæ referatur, illa vero  
nihil aliud fuerit quam radius ex perfectissima  
Divinæ mentis, Bonitatis, Sanctitatis, Sapientiæ  
& justitiæ idea expressus, consequens est, ut legis  
hujus fundamentale principium non alibi, nisi  
in ipsa illa æterna Dei bonitate, Sanctitate, Sapi-  
entia atq; justitia investigari debeat.

Pos. 10.

Præcepta Noachica, Socialitas, Consensus  
gentium moratorum non constituunt apodi-  
cticum, sufficiens & adæquatum cognoscendi  
ea, quæ juris naturalis sunt, fundamentum;  
*Valde tamen probabiliter juris naturalis esse  
colligitur id, quod apud omnes gentes, aut mora-  
tiores omnes tale esse creditur, Grot. de J. B. l. 1.  
c. 1 n. 12.*



OS A 2082

ULB Halle

3

003 783 138




5b

W007









Farbkarte #13

B.I.G.

7  
ENTO

RALIS,  
UM DECAS,

IRO

AMPLISSIMO & EX-  
MO

Höhrenseen/  
rofess. Publico

Academiae

e observando,

isitioni sistit

S Wagner/  
lis,

& horis solitis,  
XX,



AE,  
HRÖDTERI.

